Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



124

nabitur nisi legitime certauit. Labor autem
agricolam. oportet primum de fructibus percipere. In-
telligere quod dicit. dabit eis
ubi dominus in
omnibus intellectum. Secundo: esto ihesu xpm
resurrexisse a mortuis Alleluia v. Mandete in
te in domino mentes decet. tollaudando Alla v. Christus resurgens
ex mortuis Sequencia Agni paschalis esu Sim iohanne
In illo tpe dixit ihesus discipulis suis. Ego sum
vitis vera. et pater meus agricola est. Omnem
palmitem in me non ferentem fructum. tollet
eum et omnem qui ferit fructum purgabit
eum ut fructum plus afferat. Iam vos mundi
estis. propter sermonem quem locutus sum
vobis. Manete in me. et ego in vobis. Sicut
palmes non potest ferre fructum a semetipso
nisi manserit in vite. sic nec vos nisi manse-
ritis in me. Ego sum vitis. et vos palmites
Qui manet in me. et ego in eo hic fert fructum
multum quia sine me nichil potestis facere
Si quis in me non manserit mittetur foras
sicut palmes. et arescet. et colligent eum. et in
ignem mittetur. et ardet. Si manseritis in
me. et verba mea in vobis manserint quodcumque
voluritis petetis. et fiet vobis Offertorium Confi-
tebuntur celi mirabilia tua domine et veritatem tuam in ecclesia
sanctorum alla alla Secreta Munera domine ob-
lata sanctifica. et intercedente beato Georgio martire
tuo. nos per hec a prioribus malis eripe